

quæ habuit ab ipso, medio filio, cui successe-  
 rit. Sed idem Garronis ibi num. 115.  
 dicit non satis esse solum consensum pa-  
 ternum. ut euitet mulier secundò nubens  
 pœnam. l. hac edi. l. ali, in principio. C. de  
 secund. nupt. nempè, ne possit relinquere  
 secundo viro plusquam vni ex filiis prio-  
 ris matrimonij, cui minus reliquit. Quia  
 ea pœna est principaliter, & omnino in fa-  
 uorem filiorum prioris matrimonij: nec  
 procedit à bonis viri, nec aliquo pacto cõ-  
 cernit eius bona, sed ipsius secundò nubentis.  
 Sed Decius dist. rubrica. num. 8. viderur  
 ab hac limitatione recedere, dicens  
 posse dici, principaliter esse iniuriam illa-  
 tam viro, & ob eam priuari viduam tran-  
 sientem ad secundas nuptias ea facultate:  
 quare cessare pœnam cessante iniuria per  
 consensum viri. Et hoc magis placet. Quia  
 communis Doctorum sententia, quam nu.  
 49. retuli, vult inpositam esse pœnam post  
 annum luctus inpositas remitti: inter quas  
 hæc annueratur.

56 Sed an habeat locum hæc cessatio pœ-  
 narum consensu præstato per virum igna-  
 rum iuris per consensum amicitij? Dic vt  
 dixi in simili. num. 47.

57 Ex his omnibus infertur, credendum es-  
 se coniugi dicenti aliqua, quæ alter ab ipso  
 acquisiuit, non titulo lucratiuo, sed onero-  
 so acquisisse: credendum (inquam) ad eum  
 esse dũm, ne transiens ad secundas nuptias  
 teneatur ea bona seruare filijs prioris ma-  
 trimonij. Quia sola eius voluntas satis est,  
 vt alter liberè acquirat, & absque hoc re-  
 seruationis onere. Sic alijs citatis docet Si-  
 mon de Pretis de interpretatione vltimæ  
 voluntatis, lib. 1. interpretatione 1. circa  
 legata, dubio 10. num. 121.

58 Quartus casus est, quando femina tran-  
 siens ad secundas nuptias est minor. Tunc  
 enim non amittit proprietatem per tran-  
 situm ad secundas nuptias, nec tenetur eam  
 filijs prioris matrimonij seruare. Sic tra-  
 dunt Socinus regula 272. num. 3. Boerius  
 decisione 185. sine. Villalobos in suis com-  
 mun. opin. l. itera B. num. 30. Antonius Gab-  
 riel. 3. tomo commun. opin. lib. 3. rit. de  
 secund. nupt. conclus. 1. num. 46. Sed con-  
 trarium tenendum est, quod nullo iure  
 probatur hæc limitatio. Adde hic tractari  
 non de damno vitando, sed de lucro ca-  
 ptando: in quo euentu minor ætas nil pro-  
 ficere. Et ita tenent Cifuentes. l. 15. Tauri,  
 in num. 2. limitatione 3. Azebedo lib. 5.  
 Recopil. tit. 1. l. 4. num. 38. quamvis aliquan-

tulum trepidè id affirmet Cifuentes, sit e-  
 nim hoc esse verius, at casum esse dubium,  
 & cogitandum.

59 Quintus casus est. Quando filius mori-  
 tur post ætatem pupillarem, tunc enim pa-  
 tens illi succedens in bonis paternis non  
 tenetur ad hanc reseruacionem, quæ solum  
 habet locum filijs intra pupillarem ætatem  
 decedentibus. Ita sentire videtur Paulus. l.  
 omnem. num. 2. C. ad Tertul. sed verè id  
 non dicit, sed in alto casu loquitur. Quam-  
 obrem dicendum est, locum esse huic re-  
 seruacioni, siue intra, siue post ætatem pu-  
 pillarem filius decedat. Quod constat ex  
 Authent. de nuptijs, collat. 4. §. hinc nos.  
 vers. si igitur, vbi discrimen constituitur,  
 an mater succedat filio ex testamento, an  
 ab intestato: & deciditur tantum esse locum  
 huic reseruacioni, quando ab intestato suc-  
 cedit. Ergo supponitur capacitas filij ad  
 testandum. Cùm priuatio habitum supponat.  
 Et ita docent Cifuentes. l. 15. Tauri. n.  
 2. limitatione 4. Azebedo lib. 5. Recopil.  
 tit. 1. l. 4. num. 41.

60 Vltimus casus est. Si coniux de licentia  
 Principis ad matrimonium transeat, tunc  
 enim eximitur ab hac bonorũ reseruacione.  
 Probatur ex l. folet. 10. ff. de his, qui  
 notantur infamia, vbi: Solet à Principe impe-  
 trari. vt intra legitimom tempus mulieri nu-  
 bere liceat. Vbi Glossa verb. liceat, ait eam  
 non incurere tunc pœnas secundarum nu-  
 ptiarum. Et ita docent Angelus repetitio-  
 ne. l. mater. num. 5. C. ad Tertul. Decius. l.  
 1. num. 20. & 21. C. de secund. nupt. Garro-  
 nis rubrica. C. eodem tit. in noua editione,  
 remedio 5. contra pœnas secundò nubentium.  
 num. 128. Anton. Gomez alios refe-  
 rens. l. 15. Tauri. nu. 6. Boerius decif. 185.  
 nu. 25. Anton. Gabriel tomo 3. comunium,  
 lib. 3. rit. de secund. nuptijs, concl. 1. nu. 45.  
 Quod si opponas Glossam. c. rescriptum.  
 verb. petenti. 25. q. 2. quæ intelligit. d. l. fo-  
 let, vt licentia à Principe concessa nubedi  
 intra annum luctus, solum remissionem in-  
 famiæ, & cæteram pœnam illius anni  
 operetur: non autem pœnarum, quæ solent  
 in filiorum fauorem. Quod priuilegium à  
 Principe concessum intelligatur absq; præ-  
 iudicio tertij. At dicunt Decius, & Garro-  
 nis, hoc hodie non posse procedere attèto  
 iure canonico. Quia cùm illud abtulerit  
 pœnas illius anni luctus, si de illis solis in-  
 telligeretur priuilegium, nil operaretur.  
 Cùm tamen verba priuilegij debeant ali-  
 quid operari. c. si Papa, de priuileg. in 6.

DISPUTATIO. NONAGESIMA.

Vtrum pœnæ coniugi transeunti ad secundas nuptias statutæ locum habeant in vidua fornicante: nec iure canonico tollantur.

SVMMARIVM.

**P**œnæ hæc non sunt correctæ, quatenus affi-  
 ciant viduam fornicantem. nu. 1.  
 Vidua semel fornicans anno luctus, perdit lega-  
 tũ à viro relictum, ac incurrit omnes pœnas  
 nubentium intra illum annum. nu. 2.  
 Quid, si intra illum annũ alij nubat, & sic nup-  
 tia eo anno fornicetur? nu. 3.  
 Quid, si post annum luctus vidua fornicetur?  
 Refertur opinio. nu. 4.  
 Proponitur sententia Authoris, nu. 5.  
 An attento iure regio Castellæ vidua fornicans  
 post annum luctus incurrat eas pœnas? nume-  
 ro. 6.  
 An vidua quæ docugit, fornicans subijciatur pœ-  
 nis post annum luctus statutis: & quid de a-  
 masso cum illa fornicaritudo. nu. 7.  
 An luxuriose viuens amittat lucra, consistente  
 matrimonio acquisita. nu. 8.  
 An amittat dotem? nu. 9.  
 An in foro conscientia vidua hæc amittat illa  
 lucra, & legata, pariatque alias pœnas, nõ  
 expectata iudicis sententia? Refertur opinio  
 nu. 10.  
 Refertur Authoris sententia. Et explicatur quæ-  
 do censetur dispositum, quod testator si me-  
 ministris, disposuisset. nu. 11.  
 An viro instituto vxorẽ vsufructuariã, dum  
 honestè, & vidua vixerit, leg. nriq; ei cen-  
 tum, cùm secũdò nuptia fuerit, obtineat hoc  
 legatum, si prius vitam luxuriosam ducat,  
 & post nubat, nu. 12.  
 An alteruter coniux fornicans viduus effectus,  
 teneatur reseruare bona ex substantia defun-  
 cti acquisita, filijs prioris matrimonij, perin-  
 de ac si ad secundas nuptias transiisset? Re-  
 fertur opinio. nu. 13.  
 Sententia Authoris. nu. 14.  
 An vidua fornicans, vel talis inhonestos pa-  
 tũs, amittat filiorum tutelã? Refertur qua-  
 dam sententia. nu. 15.  
 Proponitur sententia Authoris, nu. 16.  
 Remittendum est vt ferè certum,  
 quamuis pœnæ fœminis secundò  
 nubentibus intra luctus annũ statu-  
 tæ, sint canonico iure correctæ (vt  
 diximus disp. 87. n. 23.) minimè tamẽ eas  
 correctas esse, quatenus comprehendunt  
 coniugem viduam fornicantem. Quod iu-

ra canonica voluerint fauere secundis nup-  
 tijs tanquam licitis, ne earum libertas im-  
 pediatur. Quam rationẽ reddidit textus. c.  
 fin. de secund. nupt. pœnas illarum delens.  
 At quis dicat voluisse quoq; viduis forni-  
 cationis omni iure reprobatæ reis opitula-  
 ri? Et ita docent Cardinalis. c. fin. n. 2. q. pe-  
 nultima, de secund. nupt. & ibi Alexander  
 de Neuo, nu. 16. Albericus auth. eidẽ pœ-  
 nis. n. vnic. C. de secun. nupt. & ibi Garro-  
 nis in noua editione. nu. 4. & 18. & rubrica.  
 C. eodem rit. n. 24. pœna. 12. fin. & nu. 66.  
 pœna. 29. vers. plus dico, & l. 1. n. 14. 19. 31  
 72. Decius eadem. l. 1. n. 3. Angel. auth. de  
 rehit. & ea que parit. §. vnum. nu. 6. Nico-  
 laus Arelæanus. l. generaliter. q. 5. nu. 20.  
 C. de secund. nupt. Gulielmus Bened. c.  
 Raynuntius, de testam. verb. qui cum alia  
 nu. 200. Boerius consil. 32. n. 13. vol. 2. Ro-  
 landus consil. 86. nu. 45. volum. 2. Anto-  
 nius de Rosellis de successione ab intesta-  
 to. n. 195. (habetur tomo. 8. tractatum. p. 1.)  
 Montal. lib. 3. fori tit. l. 13. verb. Pier-  
 da. A costa. c. si pater. 1. p. verb. legauit, nu.  
 34. de testa. in 6. Iulius Clarus lib. 5. recep-  
 tarum. §. fluprum, num. 6. Anton. Gabriel.  
 3. tomo commun. opin. lib. 3. tit. de secun-  
 dip nuptijs, conclus. 3. nu. 12. Matienç. lib.  
 5. recopil. tit. 9. l. 5. gloss. 8. nu. 5. Surdus de  
 alimentis, tit. 7. q. 23. nu. 4. & 5. Quamuis  
 vnus Corneus (quem ego viderim) clarè  
 significet. l. fideicommissum, num. 3. vers.  
 & ex prædictis. C. de fideicommiss. esse cor-  
 rectas has pœnas quatenus etiam viduam  
 fornicantem afficiunt.

Difficultas autè grauis est, quales pœ-  
 nas ex statutis secundò nubentibus incur-  
 rat vidua fornicans? Et quidè constat inter  
 omnes Doctores, pœnas statutas. l. 1. C. de  
 secund. nupt. quas latè retuli disp. 87. fœmi-  
 nis intra annũ luctus nubentibus, incurri à  
 fœminis, quæ intra eidẽ annũ post viri mor-  
 tem fornicatur: ac proinde huiusmodi vi-  
 dus amittere ante nuptiale donationẽ, &  
 quicquid ex viro liberalitate cõsequente  
 sunt: vt si eis aliquid legarunt. Constat ex  
 auth. de rehit. & ea que parit. §. final. ibi.  
 Sancimus si quid tale contigerit, & ante luctus  
 tẽpus pepererit mulier circa terminũ anni, vt

indubitatū sit sololē nō ex priori cōfistere matrimonio, modis omnibus eā priuāri ante nuptiali donatione, & secundū proprietatē, & secundū usum subdeudā quocq; alijs omnibus pœnis, ac si fecidās eā conuigisset ante lūctus tēpus legitimas celebrasse nuptias. Nō enim aliquid amplius habebit luxuria. Vbi quamuis textus videatur petere partū viduæ intra eū lūctus annū: attentē tamē inspectus nō petit, sed solū fornicationem (quā in vidua textus ille, & cōmuniter Iuris periti stuprū vocant.) Quod vel apertē inde colligitur, q̄ is textus petet sololē eo tempore nati, vt indubitatū sit eam non esse ex marito genitā: & ita solū petere id videtur, vt euidenter cōflet fornicatio viduæ. Cui enim vli esse post partus à lege ponderatus, qui circa omne dubitū non sit ex viro? Præterea, quia text' ille statim subdit hæc verba, sed subiiciatur quidē & ipsa pœnis, petri culq; sustinet: etiam circa spem scripturæ, propter stuprū. Quod idē non obscure significat ratio reddita in eodē textu, ibi. Nō enim aliquid amplius habet castitate luxuria. Si enim id nō procederet in fornicatione admittā absq; partu, iam luxuria admittā quid amplius castitate haberet. Cū eē pœnā incurranter propter secundas nuptias, quæ casta sunt: & nō incurrerēt propter fornicationē. Atq; ita docēt Glof. auth. eil dē pœnis, verb. parit. C. de secū. nup. & ibi Bald. pauld post principū. Salycet. statim in principio. Garro. in noua editio. ibi, notab. 2. n. 3. Azo sum. tit. de secun. nup. n. 4. Alex. de Neuo. c. fin. n. 35. vers. quāro vltimū, de secun. nup. Et Doctores, quos statim referā, dicentes ob vnicā fornicationē eas pœnā incurri. Et clariū id decidit l. regia. 3. tit. 12. p. 4. vbi de vidua intra annum lūctus nubētē sic dicitur. *Deue perder las arras, & la donacion q̄ le fiz o el marido si nado, & las otras cosas que le huiese dexadas en su testamento: & deuen las de auer los hijos que fucaren del: & si hijos non dexare, los parientes que huieren de heredar lo suyo. Es la misma pena deue auer, si ante que passasse el alio fiziese maldad de su cuerpo.* Et quamuis pleriq; Authores tractantes quādo vidua incurrat has pœnas, dicant viduā incontine ter, siue luxuriosē viuētē eas incurrere: & sic videātur petere consuetudinē fornicandi: quod vita inhonestā, & luxuriosā im portat (vt. n. 8. probabimus.) Hi sunt Bart. l. his solis, fin. C. de reuo. dona. Abb. c. vxoratus. n. 2. de conuers. coniug. & ibi Anchar. n. 1. Ripal. l. fin. q. 26. n. 68. C. de reuo. do-

nat. Decius. l. 1. n. 3. C. de secun. nupt. An gel. de Aretio Instit. de legitima patronorū tutela. §. fin. in fin. Hyppol. l. vnic. n. 56. C. de raptu virg. Ioan. Lupus rubrica de donat. inter vir. & vxor. §. 67. nu. 3. Berouius conf. 3. nu. 11. & 13. vol. 2. Rosell. verb. adulteriū. n. 8. Nata repetit. c. quamuis pactum, de pactis, in. 6. num. 365. Barbat. c. ex parte. B. de foro compet. colum. 1. num. 2. vers. ego limito. Garron. rubrica. C. de secun. nup. in noua editio pœna. 28. nu. 59. vers. ex quo infero. Anil. pro cōmicio. c. preteritum, gl. n. 41. Gomez Arias. l. 13. Tauri. n. 3. Anton. Gom. l. 14. Taur. n. 17. Pinel l. 1. fin. n. 18. C. de bonis matern. Minch. lib. 2. de successiōnū creatio. §. 12. nu. 39. Tello. l. 6. Taur. n. 21. Villal. in suis cōmū. opin. litter. B. n. 31. & litter. M. n. 2. 44. Anton. Gab. tom. 3. cōmū. opi. lib. 3. tit. de secun. nup. cencel. 8. n. 1. Surd. de alim. tit. 7. q. 24. n. 2. Angul. de melio. l. 2. glof. 1. n. 6. At re vera non intendit desiderari cōsuetudinem, sed vnicā fornicationē appellatā vitā inhonestā. Quod inde patet, quia textus §. fin. auth. de resti. de ea que parit, cui ipsi innititur, de vnicō stupro loquitur, vt constat ex illis verbis, ibi. *Propter stuprū, & quia vnicā fornicatio sufficit ad prolis partū, & l. 3. tit. 12. p. 4. nuper citata explicans illud authenticū, ait. Fixisse maldad de su cuerpo.* Que verba vnicū fornicationis actū sonant. Quod idē denotat ratio reddita eodē §. fin. ibi. *Nō enim aliquid amplius habebit castitate luxuria.* Præterea, quia maior iniuria inferitur viro, ac citius eius memoria aboletur fornicando semel: eadēq; incertitudo prolis, que ex secundo matrimonio ita accelerato sequeretur, subsiquitur etiā ex vnicā fornicatione. Atq; ita de vnicā fornicatione clarē loquitur, Goffa, & Doctores proximē citati, qui illud authenticū eo. §. fin. petēs prima facie partū viduæ, explicat intelligi de stupro absque partu, vel eū illo. Et idē videntur sentire alij Doctores asserētes viduam ob stuprū subdi illis pœnis. Hi sunt, Anchar. cap. final. n. 6. fine, de secun. nupt. & ibi Cardin. nu. 2. q. 2. Alexander de Neuo. num. 15. vers. quāro vltimū. Prapof. col. pen. n. 3. fine: & c. tanta. q. 9. n. 16. qui filij sint legitimi. Corneus. l. fidei cōmissum. n. 3. vers. & ex prædictis. C. de fideicom. Ioan. Lupus rubrica de donat. inter vir. & vxor. §. 11. n. 7. Guilielmus Bened. c. Raynnot. de testam. verb. qui cum alia. n. 191. Garr. l. 1. in noua editio. n. 73. vers. & plus dico. C.

de secun. nupt. Montal. l. 13. verb. pierda tit. lib. 3. fori Rolandus conf. 86. nu. 42. volum. 2. Iulius Clarus lib. 5. receptorum, in practica criminali. §. stuprum. n. 6. Atq; hæc duo confundunt nunc appellantes viduā fornicantem, nunc luxuriosē, & inhonestē viuētē alij Authores. Nā Anchar. c. vxoratus, nu. 1. de conuers. coniug. Nicolaus Arelaran. l. generaliter. q. 5. n. 20. C. de secun. nupt. Garron. l. 1. in noua editione, n. 30. C. eodē tit. Ioannes Lupus rubrica de donat. inter vir. & vxor. §. 67. n. 3. Antonius Gomez. l. 14. Tauri. n. 17. Moli na lib. 1. de primog. c. 9. n. 54. Surdus de alimentis tit. 7. q. 24. n. 12. & nu. 6. loquitur de vidua inhonestē viuēti: & tamen ijdē. met Anchar. final. q. 1. nu. 6. fine, de secun. nupt. Nicolaus Arelaran eadē. q. 5. n. 24. vers. tum & tertid, & vers. ex qui bus restat. Garron. eadē. l. 1. n. 73. Anton. Gomez. l. 53. Tauri. fin. Surdus eadē. q. 24. n. 13. & 16. Molin. eodē. c. 9. num. 50. loquitur de vidua fornicante, vbi tanquam synonyma in his pœnis incurrēdis confundit illa duo. Et Rolan. conf. 86. n. 4. volum. 2. & nu. 42. relatis pœnis, quas ait incurere viduam fornicantem intra annum lūctus, ait nu. 43. incurri ob vitam luxuriosam: vbi quod duobus numeris præcedentibus appellat fornicationem, vocat vitā luxuriosam, quasi hæc duo confundens. Et numer. 45. clariū hæc confundit, sic loquens. *Si vidua post annuū lūctus stuprum committat, seu luxuriosē viuat.* Et Ripal. fecim. in principio, in noua editione quest. 15. num. 31. C. de secun. nupt. apertissimē hæc confundit, sic loquens. *Omnes pœnæ contra secundū nubentes censentur impostæ contra inhonestē viuētes.* Nam vidua propter stuprum digna est acerbiori pœna, quam ob secundas nuptias. Et Iulius Clar. lib. 5. receptorum. §. stuprum, eodē. met. num. 6. hæc confundit, nunc dicens viduam incontinen ter viuētem, nec fornicantem. Et in proprijs terminis docent sufficere vnicam viduæ fornicationem intra annum lūctus admittam ad eas pœnas incurrendas. Acosta dicens id esse indubitatum. c. si pater. 1. p. verb. legauit. n. 40. de testam. in 6. Co uat. 4. decretal. 2. p. c. 7. §. 6. in 2. editione. n. 12. fin. Ioannes Garcia de coniugali acquies. n. 45. Matien. lib. 5. recop. tit. p. l. 5. glof. 8. n. 5. Barbosa. l. 2. p. 1. in principio n. 67. ff. solut. matrim.

Hoc tamen terperandum est, nisi eo anno lūctus, quo fecimina illa fornicatur, si se

cundō nupserat ante fornicationē illā admittam, tunc enim non perdit accepta ex prioribus Iuris liberalitate, nec alias pœnas anni lūctus incurrit. Quia iā nō ceterus esse in eodē matrimonio. Sic allegata quadam doctrina Andreg de Iernia, & Nicolai de Neapoli, docet Garron. l. 1. in noua editio. nu. 74. & 75. C. de secun. nupt.

Ar difficultas potissima eō pertinet, quādo post annū lūctus fornicatur vidua, an subiiciatur his pœnis, aut saltē illis, que statuta sunt transeuntibus ad secundas nuptias post annū n lūctus quos retuli latē disput. 88.) Quis in re quidā Doctores valde stricte loquuntur, dicentes pœnas iure fecundis nuptijs statutas incurrere viduam fornicantē, nō aliter quā si fecundō nupserit: nec exprimitur, an loquantur de omnibus pœnis, an de solis anni lūctus: nec an fornicatio sit admittā anno lectus, an postea: atq; ita sine vlla distinctione loquitur tā de pœnis incurrēdis, quā de fornicatione admittā. Potestq; probari, quia licet textus auth. de resti. & ea que parit. §. fin. decernēs viduā nubentē anno lūctus incurrere pœnas fornicantē eo anno, limitatē loquatur de pœnis, ac de tempore fornicationis admittēte: at ratio ibi reddita est vniuersalis, ac amplectitur vniuersas pœnas, omneq; tempus: nimirum, *Ne plus habeat castitate luxuria.* Quia nubes post annum lūctus incurrit pœnas: post id tempus statutas. Secundō potest probari ex l. his solis. 7. C. de reuocatione donationis, vbi postquam statutum est fecimam transeuntē ad secundas nuptias non posse reuocare donationem ratione ingratitude: sic dicitur in fine. *De ceteris autem que portento vilis, abiciatque pudicitia sunt, satis etiam iacido cautum putamus.* Quis est enim qui his aliquid arbitretur tribuendum esse? Cū etiam illis, que iure secundas tantū contraxerunt nuptias, nihil ex his priuilegijs tributum esse velimus. Vbi Glossa verb. velimus, reddit rationem, ne amplius habeat castitate luxuria. Et confirmatur, quia cap. vxoratus, de conuersion. coniuga. æquiparantur velle ad secundas nuptias transire, & incontinen ter viere, quod ad hoc ponderat ibi Abbas, numer. 2. Sic docent Bartol. d. l. his solis, fine. Et ibi Salycetus, numer. 1. Ripal. l. finali qua fl. 26. numer. 8. C. de reuo. donat. & l. fecimam, in principio, in noua editione q. 15. nu. 3. 1. C. de secun. nup. Angelus de Aretio Instit. de legitima patrono

rum tutela. §. fin. in fin. Garro. rubrica. C. de secund. nup. in noua editione. pena. 28. n. 9. verfi. ex quo infero. Hippolyt. l. vni. ca. nu. 16. C. de raptu virg. Barbatus. C. ex parte. B. de foro compet. col. 1. n. 2. verfi. ergo limito. Syll. nuptialis lib. 2. verb. feni non est nubendū. n. 46. imò exprimit feni minā luxuriosa incurere omnes penas, siue intra annū luctus, siue post illum inditas secundū nubentibus. Ioann. Lupus rubrica de dona. inter vir. & vxor. §. 67. n. 3. Gomez Arias. l. 17. Taur. n. 3. Pinell. l. fin. num. 18. C. de bonis matern. Mincha. lib. 2. de success. creatione. §. 12. num. 39. Villalobos in commun. opin. littera. B. num. 31. & littera. M. num. 244. Antonius Gabriel tomo. 3. commun. opin. lib. 3. tit. de secund. nupt. concluf. 8. num. 1. Angulo de meliorat. l. 2. glof. 1. n. 6. Azebedo lib. 5. re. copil. tit. 1. l. 4. nu. 10. Surdus de alimentis tit. 7. q. 24. nu. 12. qui explicat verius esse eam viduam post annum luctus fornicatorem perdere legatum factū a marito, & ad §. finale. auth. de rest. & ea quæ parit, vbi deciditur huic pena subdi viduam anno luctus fornicatorem; respondet. n. 16. ob facti contingentiam loqui de stupro commisso intra luctus tempus: & idem non excludere quin idem sit in commisso post annū illum luctus.

Ceterū multo probabilius est, attēto iure communi viduā post annū luctus fornicatorem non subijci pœnis status viduæ intra annum luctus nubēti: ac proinde nō amittere legata, sibi absolutè, & sine conditione relicta, vel donata à viro. Probat, quia textus. §. finali. auth. de restit. & ea quæ parit, eam penam imponens loquitur expressè de vidua intra annum fornicanti: neq; est eadem ratio de fornicanti postillum. Quod sit multo grauior iniuria mariti fornicari intra annum luctus: ac multo maior fornicari impudentia. Nec ratio ibi adducta, nempe, ne plus habeat castitate luxuria, amplius probat. Quia castitas, idest, secundum matrimonium post annum luctus initum, nō subijcitur illis pœnis anni luctus. Nec. l. his solis, num. præcedenti adducta pro contraria sententia, obstat nostræ. Quippe ibi sermo est de pœnis post annum luctus, quæ cum officiant secundū nubentes transacto eo anno, debent quoq; afficere eo tēpore fornicatēs. Et ita hanc partem sustinent Glof. eo. §. final. verb. malignè, & verb. perfectio, & ibi Angelus. §. vnum. n. 7. Alexander de Neuo

c. final. num. 15. verfi. quæro vltimo, de secund. nupt. Coineus. l. fideicom. m. num. 3. verfi. & ex prædictis. C. de fideicommiss. Aciatus de præsumpt. regu. 2. præsumptio ne. 9. fine. Garro auth. eidem p. n. in noua editione. n. 19. C. de secund. nup. Rolandus consil. 86. n. 42. & 45. volum. 2. Acofca, Tello, Mariengo, Barbosa. n. sequenti allegandi.

At in Hispania est specialis difficultas, ob. l. 9. regiam tit. 12. lib. 3. fori. ibi. *Si despus de la muerte de su marido non se fizere buena vida, pierda lo todo quanto le dexo*. Quæ lex cum indistinctè loquatur, nec restringat ad fornicationē admittam intra annū luctus; videtur generaliter intelligenda. Atq; ita viduā fornicantē anno luctus, vel post illū, amittere ea legata, sustinet Antonius Gom. l. 14. Taur. n. 17. Auiles in pro. mio. c. prætorū, gl. 1. n. 3. Ioan. Garcia de coniugali acquæstu. n. 45. & sequen. & videtur sentire Ioann. Lupus rubrica de dona. inter vir. & vxor. §. 67. n. 4. vbi indistinctè hoc tenet citata prædicta. l. 9. fori. At melius Acofca. c. si pater, de test. in 6. verbo. legauit. r. p. n. 38. in fto. n. 35. & n. 40. Tello. l. 6. Tauri. n. 21. Mariengo lib. 5. re. copil. tit. 9. l. 5. gl. 8. n. 5. & 6. Barbosa. l. 2. p. 1. in principio. n. 67. & 68. ff. solu. matrim. dicūt eam penam non extendi ad viduā comitatem fornicationem post annum luctus. Et ad. l. 9. fori respondent Acofca, nu. 36. & Barbosa eod. num. 68. ad finem, si intelligatur de vnicō stupro, discrepare à. l. regia. 3. tit. 12. part. 4. quæ expressè loquitur de vidua intra annum luctus fornicanti: atque ita seruandam esse hanc legem. 3. Cum leges fori vim legū non obtineant, nisi vsus eas comprobant. Vel secundū respondent Acofca, num. 41. verfi. ex quibus omnibus, Mariengo. 6. num. 6. Barbosa eod. numer. 68. fine, cum prædicta lex fori loquatur in vidua, quæ honestam vitam non agit, eam intelligi in vidua, quæ male viuēdi habitum contraxit, ac more meretricio stupra admittit.

Incurrer tamē vidua fornicatēs siue intra annū luctus, siue post, alias penas statutas secundū nubētib; post annū luctus, quas latè retuli disp. 88. Quod probant textus nu. 4. allegati. Si enim tunc vidua nubens subditur illis pœnis; à fortiori tūc fornicatēs ne plus habeat castitate luxuria: eōra auth. de restit. & ea quæ parit. §. finali. Et pro hac parte sunt Doctores eodem. n. 4. relati. Et latè probant Ioann. Lupus rubri-

ca de dona. inter vir. & vxor. §. 67. à n. 3. vfi. que in fin. Auiles in pro. mio. c. prætorū, glof. l. n. 36. & seq. Padilla. l. fideicommiss. à n. 1. vfi. ad. 13. C. de fideicommiss. Tello. l. 6. Taur. nu. 21. vbi expressè dicit hanc viduā, quæ post annū luctus fornicatur, nō affici pœnis anni luctus, bene tamen pœnis post annū luctus statutis. Et ampliùs constabit ex corollarijs, quæ hinc inferūt Doctores, quæ. n. 13. & 15. referā. Imò Garro. nis rubrica. C. de secund. nup. in noua editione, pœna. 28. n. 57. & multis sequētibus, latè probat non solum ipsam viduā ijs pœni pœnis, sed eius quoq; amatum.

Insuper in hoc Castellæ regno vidua luxuriosè viuens amittit lucra consistēte matrimonio acquisita, vt constat ex. l. regia 5. fin. tit. 9. lib. 5. re. copil. ibi. *Otro si mando, y ordeno, q̄ si la muger fucare vuda y fūdo vuda viuere luxuriosamente, q̄ pierda los bienes q̄ o no, por razon de su mirad de los bienes q̄ fueron ganados, y mejorados por su marido, y por ella, durante el matrimonio entre ellos: y sean buelros los tales bienes a los herederos de su marido de defuñdo, en cuya compañía fueron ganados.* Quæ textum intelligunt (& bene) pleriq; Auctores non de vidua, quæ semel, aut iterū fornicatur, sed de ea quæ fornicationis vitio assuescāta est. Id enim sonat luxuriosè viuere. l. & mulieri. 15. ff. de curatorib; furioso, ibi. *Et mulieri, quæ luxuriosè viuere.* Vbi Glof. verb. & mulieri, explicat de meretricio more viuētē. Et ita docent Coua. 4. deere. 2. p. c. 7. §. 6. n. 12. fin. in 2. editio. Acofca. c. si pater. 1. p. verb. legauit. à n. 38. de testam. in 6. Minchaca in quest. illustribus. c. 104. n. 6. Padilla. l. fideicom. nu. 7. C. de fideicommiss. Mariengo. ea. l. 5. Glof. 8. n. 7. Azebedo lib. 5. re. copil. tit. 1. l. 4. nu. 19. Gutierrez lib. 2. practicarum, tota. q. 122. Barbosa. l. 1. p. 1. in principio. n. 69. ff. solu. matrim. Zauillos in suis quest. practicis q. 708. n. 16. Vnde non sunt audiendi Mexial. l. Toleri. p. 10. fundamento. 2. n. 14. fin. & Ioannes Garcia de coniugali acquæstu. n. 45. & sequentibus, dicentes prædictā legē intelligi, quauis vnicus fornicationis actus sit. Et illis fauet Anton. Gom. l. 53. Taur. n. vlt. Intelligitur autē hæc lex, siue ante annum luctus, siue post, vidua illa vitio carnis assuescāta sit. Quia indistinctè loquitur. Ita Ioannes Lupus rubrica de donat. inter vir. & vxor. §. 97. n. 2. Acofca. nu. 41. verfi. ex quibus omnibus, Marien. n. 7. Gutierrez. 2. n. 1. proximè allegati.

Imò multi censent viduā semel forni-

cantem amittere dotē. Alij hoc admittūt, si anno luctū fornicetur, sec' si post. Quos omnes referūt, ac iure optimo latè reprobat, probatēs in neutro casu amittere dotem; eod quod ea pœna nullo iure fancita sit; Acofca. c. si pater. 1. p. verb. legauit. n. 44. de testam. in 6. Molin. lib. 1. de primog. c. 9. n. 55. Marien. lib. 5. re. copil. tit. 9. l. 5. glof. 8. n. 10. & sequen. Barbof. l. 2. p. 1. in principio. n. 65. & sequentibus. ff. solu. matrim. Zauillos in suis. q. practicis. q. 708 & sequentibus.

Sed potissima difficultas est in hac disputatione, an in foro conscientia locū habeant ea pœnz, ita vt vidua fornicans intra annū luctus, nulla iudicis sententia expectata, teneatur restituere omnia, quæ ex prioris viri largitione liberali, siue inter viuos, siue in vitam volūrate cōsequuta est: & lucra constance matrimonio acquisita, si luxuriosè viuat eo anno luctus, aut post illū? Partē enim affirmantem vrgentissimè probant quæ sequūtur. l. quia auth. de rest. & ea quæ parit. §. fin. de vidua anno luctus fornicanti dicitur eā modis omnibus priuari ante nuptiali donatione, & secundū proprietatem, & secundū vsū: ac subdi omnibus pœnis nubentium anno luctus. Atq; donata, vel legata à priori viro applicāda esse hæredibus ab intestato, nisi alij cohæredes instituti sint, vt disponitur. l. 1. C. de secund. nup. de vidua secundū nubenti intra annū luctus, docēt Garr. ea. l. 1. in noua editio. n. 73. verfi. & plus dico. Acofca. c. si pater. 1. p. verb. legauit. nu. 34. de test. in 6. Marien. lib. 5. re. copil. tit. 9. l. 5. gl. 8. num. 5. Quod clarè colligitur ex. l. 3. tit. 12. p. 4. vbi postquā deciditur hæc perdi à vidua nubēti intra annū luctū, & applicari legitimis hæredibus, subditur. *Esa misma pena deueauer, si antes q̄ passase el año fūziese maldad de su cuerpo.* Ergo in foro cōscientie sunt statim restitueda, nec desiderabitur sententia iudicis. Cū nō vocetur fisco ad hæc capienda: sed hæredes, quali priori inlucitio, aut donatio facta fuerit sub cōditione resoluti, aut nō fornicandi intra annū luctus: atq; ita vidua tūc fornicatē cessabūt eod ipso tunc restitua. Hac enim ratione ducti disp. 87. n. 8. diximus leges priuantes viduā infra annū luctus nubētē legatis à viro restitū obligare statim in foro cōscientie; q̄ ea legata applicet lex nō fisco, sed alijs hæredibus: vbi & eā regulā generalem tradidimus, nimirum, non exigi sententiam quoties lex ad successione, nō fisco, sed hæredes vocat.

Atq; idem argumētum formari potest de lucris constante matrimonio acquisitis. Cū vidua fornicatī anno luctus, vel post, applicet ea lex hæredibus viri (vt. n. 8. diximus.) Et confirmatur, quia cū ad perdēda legata quādo vidua anno luctus nubit, non exigitur iudicis sententia, si ea exigetur vt fornicans perderet, plus vtq; tribueretur fornicationi, quā castis nuptijs: cōtra expressam rationem traditā. d. auct. de rest. & ea quæ parit, vt perdantur legata per fornicationem, sicut per nuptias: ne plus tribuatur luxuria. Secundō, quia id dispositum cen setur quod interrogatus testator, vel id aduertens disposuisset, vt tradunt Glossa finalis. l. tale pactum. ff. de pactis: & multis citatis Tiraquellus. l. si vnquam, in præfatione. n. 56. C. de reuoc. do nat. Euerardus in suis topicis, loco à veris milli. n. 3. Menochius de præsum. lib. 4. præsumpt. 26. n. 8. & 21. & præsumpt. 39. n. 75. & præsumpt. 65. n. 5. & præsumption. 67. n. 18. & alij multi, quos refert Mantica de coniecturis vltimæ voluntatis, lib. 3. tit. 19. n. 4. At nulli dubium est, quin rogatus vir donans aut legans vxori, an vellet eā fornicatē anno luctus retinere legata, respōderet nullatenus id velle. Ergo id ex tacita, ac præsumpta testatoris voluntate cen setur dispositū. At quando ex tacita, ac præsumpta mente donantis, vel testatoris sit reuocatio, nulla desideratur iudicis sententia, sed statim ea restitueadū, vt benè tradunt: Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 8. num. 17. sine. Mexia taxa panis, conclus. 6. num. 109. Et confirmatur, quia aliqui Doctores cen sent legatum, vel donatum à viro vxori, si ipsa post viri obitum fornicetur, cen setur reuocatum ex tacita, ac præsumpta testatoris mente. Hi sunt Abbas. c. vxoratus num. 2. de conuers. coniug. Baldus. l. fideicommissum, num. 1. C. de fideicommissis. ita intelligens Glossam finalem ibi. Angelus de Gambellionibus, tractatu de testamentis, glof. 33. n. 3. & 4. (habetur tomo. 8. tractatum. p. 1. Tertio, quia cū vidua secūdo nubens intra annum luctus sit valde viro ingrata, atq; ei grauem irroget iniuriā: atq; ob id priuatur legato in foro cōscientie: cur non idem fortius dicendū erit, si tunc fornicetur? Cū hæc iniuria, ac ingrati tudo maiora sint. Et huius sententię videntur expressē Propositus. c. tãta. q. 9. nu. 16. qui filij sint legitimi, vbi & Cardinalē refert. Et Garro. l. in noua editio. n. 73. vers. & plus dico. C. de secūd. nupt. vbi dicunt

viduā intra luctus annū fornicantem non recuperare reuocato ad meliorē frugē legata relicta à viro. Et eā reddunt rationem, quā ius quæsitū sit hæredibus mariti ad illa vendicanda, statim vbi cōmissa est fornicatio. Sentiūt ergo id legatum ipso iure perdi, ac dominiū transferri ad hæreses: aliās non cōpeteret eis vendicatio. Eiusdē sententię videtur Corn. l. fideicōm. n. 3. vers. & ex prædictis. C. de fideicom. vbi constitutens differentiā inter viduā fornicantem anno luctus, & post illū, ait in priori casu perdi ipso iure legatū: nō autē in posteriori: sed hęcū auferre. Idem videtur sentire Tello. l. 6. Tauri. n. 21. vbi ait hanc viduam ipso iure perdere proprietatē, & vsum fructū talis donationis. Idē videtur clarē tenere Padill. d. l. fideicōm. n. 12. vbi ait viduā luxuriosē viuente teneri restituere hæredibus viri vestes lugubres ab ipsis acceptas. Et eam tradit rationē, quod ad id teneatur secūdō nubens intra luctus annū. Et id tenet ferē expressē Surdus de alimentis, tit. 7. q. 24. n. 12. vbi ait id legatū reuocari ex tacita testatoris voluntate, & n. 23. vbi ait quæcūq; relicta à viro vxori, cen setur in præmium pudicitię data: ac proinde extingui ea contra pudicitiam delinquenti, tanquam causa relicti cessante.

Cæteriā quamuis rationes hæc valde vtgeant, mihi persuadere nequeo viduā fornicantē etiā intra luctus annum incurrere pœnā aliquā ante iudicis sententiā: atque ideo existimo quantūuis luxuriosē viuat, non teneri eā restituere accepta à viro, nec lucra matrimonio constante acquisita, donec iudicis sententia saltem criminis declaratoria accedat. Ducor, quod priuatio hæc in fornicationis pœnam sit manifestē statuta. Et ita l. regia. 3. tit. 12. p. 4. appellauit pœnam, ibi. *Esia misma pena deue auer.* Et quamuis etiā vocetur pœna respectu viduæ intra annum luctus nubentis: at illud est largē, ac improprie, cum tunc nubere omni culpa vacet. At respectu fornicationis vt potē quæ verum delictū est, ac grauissimā viri prioris iniuria, verā subit pœnā rationē. Communissimū autē Doctōrū axioma est, pœnam nō deberi ante iudicis sententiā saltē declaratoriā criminis. Imō quāuis textus dicat incurri absq; alia declaratione, intelligi debet de declaratione pœnæ: vnde adhuc desiderabitur declaratio criminis facta per iudicis sententiā, vt sustinet verior opinio, quā refert Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 8. nu. 10. vers. tertio. Atq;

in

in stri&ioribus legis verbis docēt hoc ipsum Azeb. lib. 5. recap. tit. 1. l. 5. n. 1. & ibi Matienço. gl. 1. n. 4. Cū enim illa lex dicat hæc verba. *Por esse mismo hecho sin proceder à ello, ni para ello otro conocimiento de causa, ni otra sententia, ni declaracion alguna ay an perdido las mercadurias:* Dicunt adhuc requiri sententiam. Quare Molin. tom. 1. de iustitia, tract. 2. disp. 96. fol. 591. docet exigi verba legislatoris luce clariora explicitiā ipsius mentem esse, nullam desiderari sententiā. At in hoc casu talia verba non inueniuntur. Dicendū ergo erit eam pœnā nō incurri ante iudicis sententiā. Et confirmatur, quia cū vidua absolute effecta sit domina illorum lucrorum, atq; illius legati, vt potē quod absq; vlla conditione sibi relicto est: non est dicendū illis omninō eam priuari, in fornicationis nefariæ pœnā, nulla desiderata iudicis sententiā. Cū verba legis id statuentis non sint clara: ac sit contra rationē pœnæ proprijs priuatis bonis. Secundō, quia multi (& quidē merito) eā differentiam constituunt inter iniuriam testatoris illatam dum superstes est, & postquam obiit: vt in priori euentu effectatur legatū reuocatum ipso iure, ex præsumpta testatoris voluntate: in posteriori autē non sic reuocetur: cū defuncti nulla sit voluntas testatoris proinde nō extingatur ipso iure, sed auferendū sit legatario. Hi sunt Bartol. l. 1. n. 3. & 4. ff. de his quibus vt indignis: & l. fideicommissis. in fin. C. de fideicommissis. vbi & Paul. n. 3. Salycet. n. 3. Ripa. l. final. q. 45. nu. 153. C. de reuoc. donat. Sylu. verb. legatum. 2. fin. Anton. Gom. r. variarum. c. 12. n. 6. Padill. d. l. fideicom. n. 2. fin. Molin. lib. 1. de primog. c. 9. n. 46. Mantica de coniecturis vltimæ volun. lib. 12. tit. 5. n. 6. Simon de Pretis de interpretatione. vltimæ volun. lib. 1. interpretat. i. circa legata, dubio. 12. nu. 121. Vnde Syl. & Padilla ibidem, & alter Molin. tom. 1. de iustitia, tract. 2. disp. 12. ad finē, dicunt legatarium post mortē testatoris rem habentem cū vidua, nō teneri in conscientia legatū à mari to viduæ sibi relictu restituere, donec condēnerur. Eo quōd priuatur illo in pœnā. Secundō, quia si benè aduertatur ad verba auct. de restit. & ea quæ parit. §. finalis, videtur hæc sententia ex illis probari. Quod agens de pœnis his, quas paritur vidua fornicans anno luctus, vtatur verbo futuri, sic dicens. *Subdendam quoque alijs omnibus panis, ac si secundas eam contrigisset ante luctus tempus legitimas celebrasse nuptias.* At

verbum futuri sententiam ferendam importat, vt ex multis tradit Tiraquell. l. si vnquam, verb. reuertatur. n. 39. C. de reuoc. donat. Nec obstat vocari legitimis hæredes ad succedendū in bonis, quibus vidua hæc fornicans priuatur. Quia non semper hoc indicat instituti incapacitatem: nā (vt dixi disp. 87. n. 8.) quando delictum respicit offensam certæ personæ, quāuis hæres, vel legatarius nō reddatur incapax, sed verē acquirat, applicatur aliquando à lege hæreditas, vel legatum illi certæ personę. Quod in hoc casu contingit. Nam (vt pon datur Salycelus. l. 1. nu. 5. vers. in contrariū facit. C. de secūd. nupt.) cū iniuria per fornicationem admittā sit priori viro irrogata, in cuius matrimonio cen setur permānere vidua hæc, & hæres viri cen setur vna persona cum eo, cen setur irrogata ipsi hæredi, ac proinde amissa illa per viduam fornicantem, meritō applicantur à lege hæredibus viri. Quare non inde colligitur institutionem fuisse nullam, sed irritari per sententiam iudicis, in pœnam fornicationis. Sicut. l. sciant. 10. C. de legit. hæredibus, & l. regia. 12. tit. 16. p. 6. decernitur matrem non petentem pupillo tutorē priuari eius successione: quod. d. l. sciant, dicitur his verbis. *Omne ei siue ab intestato siue iure substitutionis, successionem eius si impubes moritur deuegandam.* Et. d. l. regia. 12. *Pierden porende el derecho que auian de heredar en los bienes del huersano, si mariese sin testamento.* Et Glossa ea. l. sciant, verb. deuegandam, ait exclusā hac matre non succedere hęcū, sed sequentē heredē, vt habetur l. 2. ff. ad Tertul. Et tamē optimē Molin. tomo. 1. de iust. tract. 2. disp. 120. col. 12. ait leges hæc esse pœnales, & nō obligare ante iudicis sententiā. Quod si replices, inde fer qui nō probari ex verbis. l. 1. C. de secūd. nupt. priuatis viduā nubentē anno luctus legatis à viro relictis, nullam expectandam esse iudicis sententiam: eod quod lex illa vocet hæreses ab intestato ad cam successione. Cuius contrarium diximus disp. 87. nu. 8. Potest enim eadem responsio dari: nempe, applicari illis tanquam offensis ex iniuria ob secundas nuptias irrogata viro, cuius personam ipsi repræsentant. Respondeo illam. l. 1. stri&issimis loqui verbis de ea vidua, ait enim, *Expers sit:* id est omnia sine parte: (vt ponderari d. disp. 87. n. 8.) & statim vocat ad successionē hæredes ab intestato, nō quāsi personas ex nuptijs offensas, sed quāsi

p p 4

institi

institutio nulla sit. At in casu fornicationis, auct. de resit. & ea, quæ parit. §. finali, non ita strictè vitur verbis, sed per verbum futuri dixit eisdem subdenda pœnis. Tertio, quia quantumvis eo. §. finali pœnæ nubentis intra annum luctus extendantur ad eum anno fornicantem, ea reddita ratione, ne plus luxuriæ, quam castitati tribuatur; non tamen oportet, extensionem eodem modo verificari: ita vt si secundas nuptias eæ pœnæ afficiant, non expectata iudicis sententia, sit idem quoque de fornicatione cõsentendum: diuersa enim est ratio. Cùm illæ culpa vacent: hæc autem graue delictum sit: atque ita pœnæ fornicationis debet sequi naturam pœnæ delicti, quæ est, vt aliqua iudicis sententia præcedat ad eam incurrere dam. Et hoc est, quod decreuit ille textus, vt eisdem pœnis mulctetur ad iudicem vidua sic fornicans, quas ipso iure, vt potè quæ non verè delicti pœnæ sunt, incurreret secundò nubens. Ne iudex concedat plus luxuriæ, quam castitati. Quod non obcurè signifi- cavit illis verbis futuri temporis. *Subdendam quæ, alijs omnibus pœnis.* Quarto, quia non obstat, quòd Doctores oppositi (vt n. præcedenti vidimus) pro se allegant, nimirum, censeri dispositum à testatore, quod interrogatus, vel aduertens disposuisset: id enim ita generaliter dictum à veritate deuiat. Cùm voluntas corde re- tenta nil operetur, nisi transeat in dispositionem. Quare tantum verum erit, quando ex verbis testatoris, aut disponentis ita deducitur, vt dici possit non omnino omissum, sed transiisse in dispositionem. Vt cum Baldo. l. vnica. nu. 10. sine. C. de his, qui ante apertas tabulas, & Ruino con- sil. 74. n. 11. lib. 1. docet multos referens, & latius probans Mática de coniectur. vt. volunt. libr. 3. tit. 19. n. 5. & 6. Menochius de præsump. lib. 4. præsumptione. 35. nu. 20. At cùm maritus absolutè legarit vxori, ex verbis legati deduci nequit conditio, nisi fornicationem admiserit. Tandè, quia huic sententiæ fauet doctrina Nauarri, & Bernardi, quam referam disputatione sequenti nu. 42. dicentium, legatum à viro vxori sub conditione non nubendi, minime amitti ea fornicante. Et ex dictis constat solutio ad rationes contraria sententiæ.

12 Hinc deducitur primò. Si maritus vxori legat vsum fructum omnium bonorum, donec castam, honestam, & vidualem vitam seruarit: & casu quo voluerit ad secundas nuptias transire, leget ei centum, si vitâ tur-

pem ducat, eam perdere vsum fructum: ac si post vitam illam turpem nubat, nõ perdere illa centum legata. Quia ea relicta sunt sub conditione, & in euentu secundarum nuptiarum, quæ tunc implentur. Nec potest dici tacitè reuocata esse ex tacita testatoris voluntate. (vt n. præcedenti probauimus. Et ita docet Simon de Pretis de interpretatione vltimæ voluntatis, lib. 1. interpretatione. 1. circa legata, dubio 10. n. 121.)

13 Secundò deducitur, quid dicendum sit de vidua fornicanti, an priuetur proprietate honorum ex prioris viri substantia acquiritorum, & teneatur eam referuare filijs prioris matrimonij: perinde ac si ad secundas nuptias transiisset? Communis ferè omnium sententia affirmat. Ducuntur, ne plus operetur luxuria, quam castitas. Contra. §. finale, auct. de resit. & ea, quæ parit. Secundò, quia femina fornicans siue intra annum luctus, siue post, incurrit omnes pœnas secundò nubentibus post annum luctus statutas. (vt diximus nu. 7.) quarum vna est hæc. Atque ita docent Ripa. l. femina; in principio, in noua editione. q. 15. n. 25. C. de secund. nup. & l. finali. q. 16. n. 98. C. de reuocand. donat. Nara repetitione. c. quantumvis pactum, de pactis, in. 6. n. 365. Ioannes Lupus rubrica de donat. inter vir. & vxor. §. 67. n. 2. & l. 14. Tauri. n. 11. Carronis auct. ex testamento. C. de secund. nupt. in noua editione, post. 7. notabile. nu. 47. & sequentibus. Nicolaus Arelatanus. l. generaliter. C. eodem tit. q. 5. nu. 20. & sequentibus. Cifuentes. l. 15. Tauri, ad finem, vers. item dubitatur, si prædicta mulier. Pinellus. l. finali. nu. 18. C. de bonis maternis. Tello. l. 6. Tauri nu. 21. Villalobos in comm. opin. litera. B. nu. 31. Antonius Gabriel. 3. tomo comm. opinion. lib. 3. tit. de secund. nupt. conclus. r. n. 12. & conclus. 3. n. 10. & 11. Perez libr. 1. Ordinamenti, tit. 1. 7. verb. vestit porlu to. Angulo de meliorationibus. l. 2. gloss. 1. n. 6. Azebedo lib. 5. recopil. tit. 1. l. 4. n. 10. & 11. & alij, quos hi referunt. Et quantumvis omnes hi Doctores loquantur de vidua luxuriosè viuente: at idem sentiunt, si admittat vnicum stuprum. Vt probat ratio, qua innuntur, nempe, ne plus luxuriæ, quam castitati tribuatur. Item, quia (vt notauimus n. 2.) confundunt Doctores quoad hoc, luxuriosè, & incontinenter viuere, ac stuprum admittere: & pœnè ob vnicum viduæ stuprum incuruntur. Et ita Nico-

laus Arelatanus ea. q. 5. num. 20. proponit questionem de vidua luxuriosè viuente: & tamen quasi hæc cõsuadens. n. 24. vers. tum & tertio, & vers. ex quibus rellat, explicat ob stuprum priuari viduam proprietate horum bonorum: sumpto argumento ex secundis nuptijs. Imò Nicolaus Arelatanus ea. q. 5. n. 22. & sequentibus. Bologninus addit. ad Matthesyllanum de success. ab intestato. ar. 2. principali Cifuent. l. 15. Tauri, ad finem, vers. item nota, dicunt virum viduum inhonestè viuente tene-ri referuare bona ex substantia prioris vxoris acquisita, filijs prioris matrimonij: sicut de vidua proximè dictum est. Et Tello. l. 6. Taur. n. 25. quantumvis fateatur contrariam sententiam in viro viduo esse satis equam, ait tamen se timere, ne secundum ius periculosa sit, & rotè disputata, tandem, nu. 26. in fine, relinquat cogitandum, magis in eam sententiam inclinans, vt eadem referuandi bona obligatio habeat quoque locum in viro. Ducuntur ex doctrina Bartol. l. his solis, in fin. C. de reuoc. donat. dicentis pœnas statutas contra secundò nubentes, habere quoque locum in his, qui nõ honestè viuunt: vbi cùm in genere masculino loquutus sit, comprehendit apertè virum. Et clariùs id dixit Ripa. l. fin. q. 26. n. 98. C. de reuoc. donat. ait enim dicta de parentibus transeuntibus ad secundas vota, procedere etiam in parentibus turpiter viuentibus. Vbi clarè de vtroque parente loquitur. Item quia prorsus militat eadè ratio, nempe, ne magis tribuatur luxuriæ, quam castitati. Cùm enim vir transiens ad secundas nuptias, quæ casta sunt, teneatur ea bona referuare filijs prioris matrimonij: (vt probauimus dispu. præcedenti. n. 10.) si ad id non teneretur fornicans, plus tribueretur luxuriæ, quam castitati. Quare sicut in femina fornicante id fatetur Doctores, quantumvis in iure ea pœna expressa non reperitur: quòd tacitè censetur imposita, iuxta. d. l. his solis: ob rationem traditam auct. de resit. & ea, quæ parit. §. finali, ne plus faueatur luxuriæ: ita idè de viro sentiendum est, in quo eadem prorsus ratio militat. Nec obstat grauius delictum esse vitam viduæ inhonestam, quam vidui: atque illam esse multò grauiorem iniuriam. Quòd licet hoc absolutè, & in se verum sit: at leges non absolutè loquuntur, sed per comparisonem ad secundas nuptias, id est, eò quòd non debet esse melioris conditionis luxuria, quam castitas. Quæ

ratio prorsus eadè militat in viro fornicanti, quantumvis absolutè, & in se eius delictum leuius sit. Sed Pinellus. l. vltim. n. 19. C. de bonis mater. tenet contrariù in viro. Quia quantumvis ratio illa, ne plus tribuatur luxuriæ, quam castitati, eadè militet in viro viduo fornicanti. At ex alia parte est longè diuersa ratio. Quòd mater ob scemine leuitatem, & imprudentiam, ac iudicij defectum, redatur æquè suspecta filijs prioris matrimonij si transeat ad secundas nuptias, ac si fornicetur, fore in vtroque eudè tu vt obsecata posterioris viri amore, sit illis infensa, & similiter amore amali, ac bona dilapidet: & propterea iura consuetudina filijs stauerunt eam referuacionem, cù tranfit ad secundas nuptias: & cùm sit eadem ratio in fornicatione, censetur in illa idem tacitè dispositum. At in viro vt potè qui maiori iudicio, & prudentia ac stabilitate pollet, non est eadem suspicio damni filiorum, per fornicationem, ac per tranfitum ad secundas nuptias: & idè dispositum in his, non censetur tacitè in illa dispositum. Nec mirum si in hoc euentu tribuatur magis luxuriæ, quam castitati. Quis aliunde ad id cogit ratio: qua non cogente intelligendi sunt textus decedentes non plus luxuriæ, quam castitati tribuendum.

14 Ego autem existimo cum Antonio Gomez. l. 15. Tauri. n. 16. viduam fornicantem non priuari ea proprietate, nec teneri referuare filijs prioris matrimonij: nedum virum. Quòd etiam in scemina fornicante non militet eadem suspicio, quæ fit causa huius referuacionis, ac in secundò nupta. Ac proinde non est censendum idem tacitè in vtroque euentu dispositum (vt nunc præcedenti, in fine, dixi de viro. Et nõ esse eadem suspensionem, inde mihi persuasum. Quòd amor mariti sit multò ardentior in femina, ac stabilior, & filij ex matrimonio secundò geniti multò ardentius amantur, quam ex fornicatione habiti. Hi enim communiter exponuntur alendi, & reijcitur: & amor mariti quotidè augetur: amari autem sepe tepescit. Et quantumvis in foro externo non careret hæc opinio difficultate: eò quòd contraria sit communis, ac tantorum Doctorem autoritate fulcita. At in foro conscientie credo nullatenus esse locum huic referuacioni bonorum, ob fornicationem viduæ, donec sententia iudicis ea pœna damnetur. Quantumvis tranfit ad secundas nuptias, eam sententia non desiderari dixerimus dispu. præcedent.

n. 2. Ducor, nam fundamentū, cui innitur hæc sententia, nēpe, non tribuendū plus luxuriæ, quā castitati, procedit accedenti iudicis sententiæ: eod quod id in luxuriæ pœnam sit, vt fatis, nu. 1. probauimus.

15

Vltimò deducitur, quid in ea quæstione sentiendum sit, an vidua fornicans amittat filiorū tutelam, perinde ac transiens ad secundas nuptias: Doctores communiter sentiunt eam amittere. Ducuntur ex. l. fin. C. quando mulier tutelæ officio, ibi. *Interuentum autem præstat quod ad nuptias nō perueniat, sed pudicitiam suam intactam conferuet.* Vbi promissio non transeunt ad secundas nuptias, & pudicitia intacta conseruanda æquiparantur, atq; vtriusq; promissio exigitur à vidua tutricæ filiorū futura. Sicut ergo violans promissionē priorē, amittit tutelā ita & violans posteriorē. Secūdo ex ratione textus. §. fin. auth. de restit. & ea quæ parit, ne plus tribuatur luxuriæ, quā castitati: dicendo amitti tutelam per secundas nuptias, quæ castitæ sunt: non autem ob fornicationē. Atq; ita ferè omnes Auctores docent, sed quidam videntur explicare vnum actum, dicentes viduā fornicantem amittere tutelā: alij autem loquuntur de vidua incontinententer, & luxuriose viuente. Sed vtrosq; existimo idē sentire, nimirū, deperdit per vnicam fornicationē (vt similiter. n. 2. aduert.) Quia omnes innuntur de cis. d. l. finalis, quæ pudicitiam intactam seruari postulat. Quod vel vnica fornicatione violatur. Doctores ergo afferentes per fornicationem viduæ perdi tutelā, sunt Glossa auth. sacramentum, verb. cōtractis C. quando mulier tutelæ officio: & ibi Salycet. n. 1. q. 2. Specul. tit. de tutore. §. nūc dicendū. n. 2. vers. itē excipitur. Bartol. l. si quis sub cōditione. n. 26. ff. de testamentaria tutela: & auth. de restit. & ea quæ parit. §. fin. in fine: & auth. de nuptijs. §. si autem tutelam. n. 5. Baldus. l. his folijs. nu. 4. C. de reuoc. donat. Alexander de Neuo. c. fin. n. 9. de secund. nupt. Ananias. c. qualiter & quando. l. 2. §. licet autem. n. 12. de accus. Paul. l. omnem. n. 2. C. ad Tertul. Garronis auth. eisdem pœnis, in noua edition. n. 23. & 26. C. de secund. nupt. Guilielmus Benedictus. c. Raynuntius, de testam. §. qui cū alia. n. 203. Nauarrus summa hispana, & latina. c. 25. nu. 67. Gregor. Lopez. l. 3. verb. maldad. tit. 1. p. 4. Villalob. in cōmunibus opinio. littera. B. n. 33. Perez lib. 5. ordinamenti, tit. 1. l. fin. vers. idē dicendū erit. Azeb. lib. 5. recop. tit. 1. 4. n. 14. Doctores

verò explicantes, si incontinenter, & luxuriose viuat, sunt Abbas. c. vxoratus. nu. 2. de conuers. eonig. Decius. c. ex parte. M. in noua editio. q. 6. n. 13. vers. in 2. casu, de appel. & ibi Sebastianus Sapia addi. ad abbatē, statim in principio. Angel. de Aretio inflit. de legitima patronorū tutela. §. fin. in fin. & inflit. de actio. §. actio. n. 19. n. 41. Hyppol. vnic. nu. 54. C. de raptu. virg. Angel. de Gambellio. traçt. de testam. glo. 96. nu. 13. Ioānes Lupus rubrica de donat. inter vir. & vxor. §. 67. n. 14. Sylua nuptialis lib. 2. verb. viduæ non est nubendū. nu. 50. Roland. consil. 86. n. 49. volum. 2. Aules in proemio. c. pretorij. gl. 1. n. 20. Minchaca de successio. n. 1. creatione, lib. 2. §. 12. nu. 39. Molina lib. 1. de primog. c. 9. n. 49. Anton. Gomez. l. 14. Tauri nu. 13. Padilla. l. fideicom. n. 8. C. de fideicommiss. Pinnellus. l. final. n. 18. C. de bonis mater. Antonius Gabriel tomo. 3. commun. opi. lib. 3. tit. de secund. nupt. concl. 8. n. 2. & conclus. 9. n. 14. Surdus de alimentis, tit. 7. q. 2. n. 18. Gutier. de tutel. p. c. 9. num. 19. Gail in obseruationibus, lib. 2. obser. 98. n. 16. & ex Theologis, Molina tomo. de iustitia, traçt. 2. disp. 220. col. 8. Emmanuel Sa in summa verb. curator, in fine. Imò & per solos tactus inhonestos, vt mammillarum, oscula impudica perdit tutelam, eod quod non feruetur intacta pudicitia, asseuerant Gratus consil. 115. num. 8. volum. 4. Antonius Gabriel. d. conclus. 8. n. 3. & d. conclus. 9. nu. 15. Salzedo addi. ad Bernardū Diaz regula. 216. sine. Et videtur sentire hi Doctores omnes allegati amitti tutelam ipso iure. Cū doceant amitti, sicut per transitum ad secundas nuptias, imò multo fortius. At per illum transitū perditur ipso iure, & nulla iudicis sententia expectata (vt diximus disp. 88. nu. 10.) (Atq; id expressè supponunt Angelus de Aretio, Angelus de Gambellionibus, Hyppolitus, Garronis, Antonius Gomez. proximè allegati, inferunt enim ex hac sententiā fore vt multæ tutelæ expirarent, si multæ secretè fornicationes patefierēt. Supponunt ergo fornicatione admissa expirasse iam tutelam: idq; ob id non mādari executioni, q; de fornicatione minimè constet. Et in prioribus terminis docet ipso iure cessare, Iacobus de Bellouiso auth. de restit. & ea quæ parit. §. fin. in fin. Garronis. d. authentica, eisdem pœnis. n. 23. Nauar. summa latina, & Hispana. c. 25. n. 67. vbi addit viduā hanc fornicantem peccare lethaliter retinendo

tute-

tutelam. Discrepant tamen inter se aliqui ex his Doctores. Quippe aliqui non vniuersaliter admittunt perdi tutelam per viduæ fornicationem, sed quando ea commissa est intra annū luctus. Ita Glossa. auth. de restit. & ea quæ parit. §. finali, in fine. Et ibi Angelus de Perusio in fine, & num. 7. vers. item pœnæ. Petrus de Montecatuto ibi, in fine. Et videtur sustinere Speculator proximè relatus: ait enim viduam, quæ peccauit in corpus tempore anni luctus, perdere tutelam. Alij verò idem volunt, licet post annum luctus fornicetur. Sic Bartol. eodem. §. finali, in fine, auth. de rest. & ea quæ parit. Et ibi Iacobus de Bellouiso sine. Garronis, Rolandus, Perez, Azebedo proximè allegati. Et clare sustinent ceteri, cū indistinctè loquantur.

16

Sed vt meam sententiā explicem, nulli dubium esse potest, viduam fornicantē non amittere filiorum tutelam. Quod eam non amittat, secundam vxorem ducendo: & ita nulla huius rei promissio exigitur ab ipso tutelam assumpturo. Tota autem difficultas est de vidua. Et quidem in foro externo accusatam de fornicatione, nō dubito fore priuandam tutela. Quia Doctores omnes, quos viderim id sentiūt (vt eos & non paucos retuli. n. præcedenti) quāuis non videam textum id clarè probantē (vt statim eos expendam.) Nec sit eadem suspicio dilapidationis bonorum ob fornicationem: sicut est ob secundas nuptias (vt nu. 14. probaui.) At sobolis educatione absq; dubio priuanda esset, ob malos mores. Cū in matre educante honestet morum petant iura, (vt probaui disp. 88. num. 16.) At non teneretur ab educatione se abstinere, donec iudex priuet, id enim nullo iure cauetur. Sed loquendo in foro conscientia, & ante iudicis priuantis tutelam sententiā, existimo eam non amitti per vitam luxuriosam, nedum per vnam fornicationem, aut tactus. Ducor, quod matri. matri & auia. C. quando mulier tutelæ officio, solū petitur à matre tutricæ

vt renunciet secundis nuptijs, & Velleiano, & l. 4. tit. 16. p. 6. idem solum petitur. & l. 95. tit. 18. part. 3. proponuntur verba instrumētī, in quo mater assumit filiorum tutelam, & solum dicitur. *La qual doña Vrraca pœneterio, è iuro à mi fulano escriuano publico recibiente por el huerfano, de non se casar mientras touiesse sus bienes, è su sijo en guarda.* Quare. l. finalis. cap. quando mulier tutelæ officio, dum ait. *Iuramentum autem præster quod ad nuptias non perueniat, sed pudicitiam suam intactam conseruet.* Non videtur velle fidem seruandæ castitatis dandam esse, sed videntur ea posteriora verba intelligi iuxta priora, id est, vt feruet pudicitiam intactam à secundis nuptijs. Siquidem videmus alia iura clarè solā abstinendam à secundis nuptijs postcensura. Et confirmatur, quia dato id statutum esse, hodie est certum solum promissionē abstinendi à nuptijs peti, vt constat ex textibus citatis: & ex praxi, de qua certior factus sui à iuris peritis doctissimis, & tabellionibus. Et fortius adhuc confirmo, quia quamuis similiter exigeretur promissio pudicitia intacta seruandæ, sicut abstinendi à secundis nuptijs, non deducitur ex eo textu amitti eo ipso tutelam, quod ea promissio violetur. Sed per secundas nuptias ideo ipso iure amittitur, quia est textus expressus (vt probaui disput. 88. num. 10.) At nullus est textus decidens amitti ipso iure per fornicationem. Nec obstat non esse plus tribuendū luxuriæ, quā castitati. Quia id ad fori externi pœnam spectat, quæ iudicis sententiā expostulat (vt latè probaui hac disput. numero. 11.) Quare concludo nullatenus peccare viduam inhonestam vitam agentem, retinendo filiorum tutelam, donec à iudice ea priuetur. Quod vel ipsa experientia testatur: nullus enim confessarius (quod audierim,) negauit absolutionem viduæ fornicanti, nec omittenti tutelam. Cū viduas in id crimen labi non rarum sit.

## DISPVAT. NONAGESIMA PRIMA.

An pœnæ quas testatores in suis testamentis apponūt transeuntibus ad secundas nuptias, sint correctæ iure canonico; & quādo ex tacita mente testatoris, vel expressa, id legatū perdatur à cōiuge turpiter viuētī?

SYM-